2144

ti Castren Capitan Premyslien Terminos dilatorem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, premissaq omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione terresti, bello conventione, ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecki in rem Bereznickiego Roborat.

2016 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Paulus Terlecki Petrykowicz sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, Nobili Stephano Bereznicki et ipsius Successoribus, inscribit et obligat praesentibus, scriptum certum manuale per se recognoscen, in rem et manus eiusq Nobilis Stephani Bereznicki et ipsius successorum, ratione certarum rerum et conditionum, in eodem scripto manuali

manuali contentar, de Actu et data illius hic Premysliis die hodierna in Actu contenta, confectum, conscriptum, datum, manu Nobilis Theodori Zarzycki viri amici rogati propria subscriptum, in omnibus et singulis scripti praefati manualis condicionibus punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentisq et nexibus generaliter omniversis eidem supra scripto Nobili Stephano Bieremicki firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis ejus minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere. praefatum scriptum manuale, ad inscriptionem praesentem Roboratoriam, et inscriptionem praesentem Roboratoriam, ad scriptum praefatum manuale, in toto vicissim referendo: Idq sub vadio summae Quinquaginta florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem Nobilem Paulum Terlecki, aut eius Succores, praenominato Nobili Stephano Bieremicki, sive illius Succoribus, ob non completionem contentorum scripti praedicti manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, modo praemisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex contentis praefati scripti manualis non completa, complenda. Citatus ex nunc memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Terlecki aut ipsius posteri Ad instantiam supra scripti Nobilis Stephani Bieremicki aut eius successorum

246

ad officium praesens castren. Capitan. Premysliense, exhinc recessu supradescripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, vadium praetactum luere et inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati, debebit et tenebitur se ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesen. Illum terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde consequentes, causa eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, promaiori minorennitate, suorum legatione intra vel extra Regnum, militari servitio, ad munimenta, ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo. Adquietationem porro terea ultra proximos officii praefati castren. Capitan. Premyslien. terminos, dilationem sibi non requirendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, proscriptione terrestri, bello, conventioneque, ac aliis quibusvis iuris remediis, et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Ita ac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Religiosi Cwirko

clii